~~1280~~

1274

Popielowa Popielowi Donat

123

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premislien-
sibus Nobilis Tecla olim Nobilis Iwan Berehnicki Wasilowicz cum Nobili
olim Maruchna Zaraicka procreata Filia Nobilis Basilij Popiel Con-
sors ad praesens legitima cum assistentia eiusdem mariti sui tum et Amicorum
suorum de linea paterna et materna proximorum videlicet Nobilium Iwan et
Romani Kobelskowskich assistentia et authoritate utrorumque ad infrascripta re-
cognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terrestribus Iudicibus Iuribus
Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praefatis vero
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum
suis omnibus ac bonis suis quibuslibet omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia
ipsa bona sua propria et haereditaria seu sortem eorundem bono-
rum infrascriptorum quae et quanta se Recognoscentem post dictos Paren-
tes suos iure divino et naturali successione erga alios Condivisores
suos de bonis paternis et maternis ipsam certam sortem in villa Be-
rehnica sitam in districtu Premisliensi iacentibus concernit et sibi Recognoscenti
iure aequali naturali competit cum omni praemissorum iure dominio propri-
etate propinquitate tituloque haereditario Nec non cum omnibus eorundem
bonorum quomodo praemissa concernentibus utilitatibus fructibus proventibus
redditibus emolumentis commodis obventionibusque atque attinentibus et perti-
nentibus quibuslibet universis Nihil ex praemissis iuris dominij proprietatis haereditatis
ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisque successo-
ribus

ribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout se Recogno
scentem bona seu sors bonorum praefatorum ex vi iuris naturalis successionis
concernebat et eidem serviebat iam ex nunc et de facto Nobili Iwano Po
piel et ipsius posteris dedit donavit inscripsit et resignavit prout praesenti dat
donat ac titulo puri meri et irrevocabilis donationis inscribit et resignat
perpetuo et in aevum irrevocabiliterque et ob quietationem sibi pro praemissis
omnibus plenariam per eundem Nobilem Iwan Popiel satisfactionem re
signat et in manus praefati praefati Donatarii sui et eius posterorum totaliter
abdicat et abrenunciat Ita quod quidem bona praesentia per se Recognoscentem dona
ta eadem Recognoscens praefato Donatario suo et illius posteris iam ex nunc et
de facto eorum officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et
actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem
et Nobiles duos de quacunque voluerit officiose accipiendum Per praedictum No
bilem Iwan Popiel Donatarium suum et ipsius posteros tota eadem bona praesentia
resignata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus tenendi habendi
et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque
successorum quoscunque beneplacitos usus fructus libere et effectualiter
convertendi modo ac iure haereditario Debetque et tenebitur memorata
Recognoscens Nobilis Anna Popielowa prout se ac suos successores
in et super bonis suis quibuslibet omnibus ac summis quibuscunque pecuniis habitis et
habendis praefato Donatario suo et illius successoribus inscribit et obligat praesenti
ipsum et eius successores in dictis bonis praesentia donatis et ratione eo-
rundem omnium praesentia resignatorum ab omni et quavis impetitione iuridica
quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiuscunque
existentium exonerandum per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quam

bet persona Terrestris spectat et pertinet praescripto in omni Judicio et of-
ficio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere inter-
cedere et eliberare in dicam neng; eum postens reddere nec non tutari eadem
bona praemissa donata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus
et posterioribus super eadem bona donata cuiuis personarum modo quouis fa-
ctis et faciendis Tum etiam a quibusuis Litteris super eadem bona donata
importatis et importandis Juridicisque et pertinentiis processibusque Juris qui-
buscunque in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quouis Judicio et of-
ficio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis donatis perductis
et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere
ac etiam Introitum praefato cum officio praesens admissa in fundo bonorum praefa-
torum dum per Magnificum et Nobilis officialis requiretur non denegare imo debebit
et tenebitur eadem libere dare et effectualiter admittere dataque et ad-
missa eadem possessionem et usumfructum praemissorum omnium quouis modo tam
per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non prae-
pedire nec adimere. Ipsumque Donatarium suum et illius successores in praemissis
omnibus donatis nullo modo iniuriari ita ut eadem bona praemissaque omnia praesens
donata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus idem Donatarius
suus cum suis possint quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis
vigore tenere habere et possidere queat et possit. Ipsique Libdamnis
Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edicendis
per eadem Recognoscentem sive eius successores praefato Donatario suo vel suis
postens ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendi. Pro quibus

quidem

quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis
modo praemisso ad solvendum Successores ac re aliquam praemissorum non con
pleta completa liberata existens memorata Recognoscens Magnifica Tesza Popelowa
vel ipsius Successores ad instantiam memorati Magnifici Iwani Popiel Donatarii Sui vel
eius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Ex tunc vel
cessu Supra scripto quo ad respondendum spectat mediante Semperia pri
mo Citationis termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere respondere
damna praefacta Terrestria simpliciter taxata huic Inscriptioni huic Satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seque ac Suos Successores
ad eadem omnia obligat Illum primum Terminum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios tera infir
mitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel alijs quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos
officij praesentis Castrensis Premisliensis Terminos dilationem ulli non recipiendo nul-
lasque Motiones apellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis emanationibus suspensionibus fatalibus iuris
Proscriptione Terrestri bello Commotioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et
defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Stat praesens Inscriptio
ne ad praemissa omnia mediante.

Feria Secunda in Crastino Festi Sancti Francisci Confessoris Anno Domini Millesimo

5/X 1654